



VOTA PIA,
quibus
 SOLENNI INTRODUCTIONIS DIE
 NEO-RECTORI
 PRÆCELLENTISSIMO NEC NON DOCTISSIMO
**DNO. M. PETRO
 JÆNICHIO,**

Anno Christianorum
 post mille septingentos, sexto,
 pridie Calend. Septembris,

applaudebat

in Atheno Thoruniensi Florentissimo
 Literis Operantium Corona.

THORUNII,

Excudebat Johannes Conradus Rügerus, Nobiliff. Senatùs & Gymnasii
 Typographus.

erlebe dieses
 ke, Thor.

et

Klagen

auffeset
 rich Lütke.



Arya magnis componimus

Sedes

Petri Romæ

ultimum

post fata

INNOCENTII XII,

atque

RECTORIS in Patria, post WENDIUM,

vacantes;

Idque non incongrue:

nam, si

Princeps quilibet in suo dicitur Papa territorio,

idem,

cur Rector in suo non diceretur Gymnasio?

CLEMENS hodie XI,

intra dies novem

eligi qui debuit,

sex hebdomadam eligebatur Pontifex spatio.

Annus & amplius est,

ex quo, *Vir Præcellentissime,*

Rector eligeris;

Interim amissimus parum,

compensaturi

tarditatem gravitate.

Eligendi hucusque

annum inter sexagesimum & septuagesimum

ætas media fuit

Pontificis,

ne ultra Olympiades quinque,

quibus PETRUS sedisse dicitur,

sedeat hodie alter.

CLEMENS XI.

quinquaginta & unum

egressus annum,

Pontificali ornabatur habitus;

Tibi Viro prudentia Veterano

præ aliis Veteranis,

Rectoratus datur.

Nam Patroni

Tuas numerando palmas

credebant & credunt

Te fore senem.

Tu jam

Cultissime PETRE,

PETRO Patre Primo sanctissimo

vive, rege, doce
longius,
feliciter, prudenter, fideliter,
ut

Collegas Professores

Rectoris

admiratio subeat,

& Juvenes

Mentium Parentem

Te diu colant!

Voto hoc applaudunt

Curia^æ supremæ Auditores.

REgius Crater, Scythiæ quotannis,
Quem Sacrum Gentes habuere, nulli
Est datus, bello nisi victor hostes
Exsuperasset.

Pugna præcedit, sequitur triumphus,
Nominis famam, Sobolis *Themistæ*,
Clare JÆNICHI, celebrisqve nomen
Nobile Pindi.

Civitas testis Witeberga clara,
Quæ tuis dignum studiis brabeum,
Murice imbutam capiti coronam
Porrigit ipsa.

Hinc duci nunquam trabeæ, togæqve
Aut comas lambens adamata Phæbo
Laurus aut Myrthus deerant Apollo,
Palmaqve Victrix.

Urbis en nostræ subitò Senatus
Te Virum cepit, Clarium putavit;
Te suos inter Thorunensis Orbis
Gaudet habere.

Maçte sis JÆNICHE Tuo triumpho,
Maçte sis JÆNICHE Tuo tropæo
Fulgeat sertum, vireatqve donec
Fulserit astrum.

Sic enim in laudis penetrare nullis
Ordo permittit Clariæ cohortis
Ingredi, ingressi fuerint Minervæ
Ni prius ædes.

Nec triumphantum niveas quadrigas,
Regium quondam meruere Celsum

Nec tropæorum decus, hoste fuso

Ni rediissent.

Non tibi cursum remeligo quivivit

Blanda sirenum vitare; blandum

Quin dolum cautus superare posses

Instar Ulyssis.

Sic gratulantur

Classis primæ Auditores.

A Qua & iniqua movent, infandaque fandaque multi,
Qui possint humili sua culmina sorte levare;
Contra, sorte sua contentos vivere multos
Atque vices præsentis semper amare videmus:
Quos tamen ignaros fors invitoque perinde
Erigit atque loco dejecto tollit amica.
Scilicet his pietas & virtus talia vitæ
Præmia fert, quæ virtutem comitantur amatam,
Ceu Dominam gratam comitatur fida ministra.
Tu, vel in exempli specimen, nunc, Docte, venito,
Rector, quem DEUS OMNIPOTENS ad culmen honoris
Evexit, munus cui magnum Clara Virorum
Turba dedit Rectoris, pectore, voce fideque,
Tradidit & fasces ac nomina nostra Lycei.
Sic Te flammigerum transvexit ad æthera VIRTUS
Atque tuos TITULOS cumulavit docta Thalia.
Felix Gymnasium, felix faustumque canendum,
Namque VIRO Præclaro cum Gravitate potitur,
Cujus *Sardonychata* manus nunc pulpita tangit.
Gestiat hinc Pindus, doctæ saliantque Camænæ,
Gaudeat & Phœbe, dulcis faveatque Minerva,
Plaudat Musarum, Charitum quin Triga beata,
Occupat en nostrum Parnassum charus Apollo,
WENDIUS emeritâ quem raptus morte reliquit,
Sed JÆNICH ornat, Decus immortale Lycei.
Ergo TIBI, DOCTISSIME VIR, gratamur honores
Tales, ut felix Cathedræ fastigia scandas,
Atque TIBI munus commissum ritè capessas.
Auspiciis vivas lætis in honoribus istis;
Nec TE disturbet Stygii vis impia Regni,
Hoc ævo sævit quæ sævius usque furore.
Maacte Tua virtute, DEO servire: bonisque
Sis bonus, atque fave Musis & Apolline natis.

Tuis Secundanis.